



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Priori Et Canonicis de S. Osuvaldo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

perlata fuisset, & per multos prædeceſſores nostros non tantum ſemel ſopita, ſed ſaþe, nihilominus tamen ſuper ea nos oportuit laborare; nec fuit per Dei gratiam labor noſter inanis, ſed principium noſtrum finis eſt debitus ſubſecutus. Siquidem cū utraque partium ad citationem noſtram apoftolico ſe conſpectui preeſtaſſet, auditis quæ fuerunt hinc inde proposita, rationibus, allegationibus, & attreſtationibus, & instrumentis partium diligenter inſpectis, de communi frarum noſtrorum conſilio ſententiam diſtavimus pro Eccleſia Turonensi, auctoritate apoftolica decernentes ut Dolen. Eccleſia ſuffraganea ſemper exiſtat Eccleſia Turonensis, & ei tāquam ſuā verae metropoli reverentiam, honorem, & ſubjectionem ſemper impendat, nec ullo unquam tempore ad uſum Pallij Epiftopus Dolensis aſpiret. Ideoque ſerenitatem regiam monemus & exhortamur attentiū, ac per apoftolica tibi ſcripta mandamus, quatenus latam à nobis ſententiam, quantum in te fuerit, & tu ipſe conſerves ulterius, & facias ab aliis obſervari, eandem Eccleſiam Turon. in ſuis iuſtiis & manutenenſis & deſen-dens. Datum Laterani II. Kal. Iunij.

*In eundem modum Comitiſſe & A. filio ejus, & universis Baronib⁹ Britannie, uſque ad verbum obſervari, Turon. Eccleſiam veſtram recognoſcentes metropolim, & ad eam, in quibus neceſſe fuerit, devoṭe & humiliṭe currentes. Alioquin ſententiam quam in vos propter hoc canonicē tulerit Eccleſia Turonensis, ratam habebimus, & faciemus auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Datum eadem.*

*In eundem modum Clero & populo Dolen. uſque ad verbum aſpiret. Ideoque uni- verſitati veſtræ per apoftolica ſcripta mandamus, & diſtričte preecipimus, quatenus latam à nobis ſententia devoṭe ac fine omni contradictione parentes, Turon. Eccleſiam, videlicet metropolim veſtram, curetiſ humiliter revereri, & ad eam in quibus neceſſe fuerit, & iuſ metropolitanum poſtulat, recurritis. Alioquin ſententiam quam in vos propter hoc canonicē tulerit, ratam habebimus, & faciemus auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Datum eadem.*

*In eundem modum Capitulo Dolen. uſque ad verbum recurritis. Volumus etiam, &*

ſub eadem ſententia diſtričte preecipi- mus, quatenus dilectum filium elec- tum veſtrum conſecrandum venerabili fratri noſtro Turon. Archiepiftopo, omni ap- pellatione, contradictione, & occaſione ceſſantibus, preeſentetis: qui ei more ſuffraganeorum Turon. Eccleſiae pro- feſſionem faciat, & obedientiam promi- tar. Quod niſi inſra duos menses, poſt- quam requiſiti fueritis, volueritis adi- plere, ſententiam quam propter hoc idem Archiepiftopus in vos canonice tu- lerit, ratam habebimus, & faciemus au- torite Domino inviolabiliter obſervari.

*In eundem modum Archiepiftopo Rotho- magen. & ſuffraganeis ejus uſque ad ver- bum aſpiret. Ideoque fraternitati veſtræ per ap. ſcripta mandamus quatenus la- tam à nobis ſententiam, quantum in vo- bis fuerit, & vos obſervetis ulterius, & faciatis ab aliis obſervari, nec alicui de Dolen. dioceſi chrifta vel alia ſacra- menta eccleſiaſtica miniftriſis, niſi de conſenſu Eccleſiae Turonensis. ſenten- tiam inſuper quam venerabilis frater no- ſter Archiepiftopus Turon. in dilectos filios electum & Capitulum Dolen. pro- pter contumaciam ſeu inobedientiam eorum canonice tulerit, uſque ad ſatis- factionem congruam per dioceſes ve- ſtras ratam faciatis & firmam haberi. Da- tum ut ſuprā.*

*Epiſt. 82.*

#### PRIORI ET CONVENTVI de Noſſlat.

*C*Vm à nobis petitur &c. uſque ad verbum aſſenſu, de Felechiurche, de Fedreſtam, de Batteleya, & de Warnefeld Eccleſias, quas monaſterio veſtro bonę me. B. Eboracen. Archiepiftopus canonice contulit, ſicut eas juſtē ac pacificē poſſidetis, & in au- thentico ipsius Archiepiftopi plenius continentur, vobis & per vos monaſterio veſtro auctoritate apo. conſirmamus, & preeſtentis ſcripti pagina communimus. Decernimus ergo &c. Datum Laterani I I. Nonas Iulij.

*Epiſt. 89.  
De conſirma-  
tione priuile-  
giorum.*

#### PRIORI ET CANONICIS de S. Oſſvaldo.

*I*Vſis petentium &c. uſque ad verbum aſſenſu, Eccleſias de Boolton, de Sud- cherchebi, de Rouuelle, & de Felechiur- che, ſicut eas juſtē ac pacificē poſſidetis, ad exemplar felicis recordationis C. Pa- pæ prædeceſſoris noſtri, vobis & per vos

*Epiſt. 90.  
Ejusdem argu-  
menti.*

D d d ij

## 396 Epistolarum Innocentij III.

Ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergo &c. Datum Laterani III. Idus Iunij.

MASSIZIEN. ET AGATEN.  
Episcopis.

*Epist. 91.  
Ut curam iucundam restituandi monasteria in insulis Atcalorum.*

*Cap. Cùm dilectus. De his quæ vi metuive cause fuit.  
Vide lvpri lib. 1. epist. 274.*

**C**um dilectus filius Abbas de Floreia nuper ad nostram præsentiam accessisset, nobis exposuit diligenter, & hoc ipsum Abbatis insularum & aliorum quorundam litteræ continebant, quod in insulis Arearum fratres Cistercien. quondam fuerant commorati; sed eis in captivitatem paganorum deductis, quoniam locus mari erat vicinus, illuc se quidam regulares Canonici transtulerunt, qui licet jam per annos triginta Canonorum regularium habitum portavissent, opera tamen contraria regularibus faciebant, sed ad se Dominò inspirante reversi, monasticum ordinem ibidem plantari volebant secundum Cistercien. instituta, quod etiam diocesanus Episcopus affectabat. Vnde nos ad Abbatis ipsius instantiam venerabili fratri nostro Arelaten. Archiepiscopo deditus in mandatis, ut si diocesani Episcopi & corundem fratrum in idipsum desideria convenienter, Cistercien. monachos institueret in insula memorata, facturus de Canonicis quod crederet expedire secundum canonicam honestatem. His igitur litteris imperatis, idem Abbas de Floreia reversus ad propria, prius quam eas ad dictum Archiepiscopum detulisset, cum venerabili fratre nostro Tolonen. Episcopo ad locum memoratum accessit, & omnium fratrum ibidem manentium in tantum obtinuerunt assensum pariter & favorem, quod Abbas insularum claves domus & seipsum in manibus alterius Abbatis tradidit, professione facta cum quibusdam ex Canonicis de Cistercien. ordine in posterum observando. quod & quidam Canonorum in manu ejusdem Abbatis de Floreia sacramento præstito firmaverunt, osculo dato eidem, quod usque in finem in eodem ordine permanerent. aliis promittentibus per juratoriam cautionem quod per se vel alios contra factum istud de cetero non venirent. jurantibus reliquis quod super provisione sua starent arbitrio Episcopi memorati, & nobilis viri G. de Fossa Sacristæ, qui aberat, assensu probato per testes. quod postmodum rediens est confessus. Consequenter vero idem Episcopus & Abbas de Floreia dicto Archiepiscopo Arelaten. per suas literas intimarunt quod diocefanus Episcopus & Canonici memorati translationem Cistercien. fratribus illuc fieri unanimiter appetebant. quod acceptans Archiepiscopus memoratus, factum eorum auctoritate qua fungebatur apostolica confirmavit, vices suæ eis in hac parte committens, ut quæ bene incepérant de instituendo ibi ordine Cisterciensi, vice ipsius perduerent ad effectum. Cujus mandatis parentes humiliter & devotè, quæ ipsis injuncta fuerant curaverunt ducere ad effectum, dantes generali Cistercien. Capitulo in mandatis ut in prædicto loco suum ordinem instituere procurarent. Petebatur itaque pro jamdicto Abbatे de Floreia translationem factam ratam à nobis haberi, & auctoritate sedis apostolica confirmari, transgressores etiam & contradictores omnes, qui contra vota & juramenta præstata nitebantur quod ab eis factum fuerat impedire, canonica pena percelli. Ceterum F. Sacrista, P. Warardi, & P. Guil. coram venerabili fratre nostro P. Portuen. Episcopo, quem ipsis & parti alteri dedimus auditorem, processum negotij aliter proponebant. Cùm enim prædicto Arelaten. Archiepiscopo causa fuerit à nobis sub forma, quam præmissimus, delegata, præfatus Abbas accedens ad locum cum Episcopo Tolonen. prius quam literas nostras Archiepiscopo præsentasset, qui juxta tenorem ipsarum de singulis debebat inquirere diligenter, motu proprio cum sociis multitudine insulam occupavit, constanter affirmans quod eis volentibus, vel nolentibus, locus idem purè ac simpliciter à nobis sibi fuerat assignatus. Cùmque se in his gravari sentirent, Abbates ipsorum eis omne auxilium dengante, qui contra quosdam de Canonicis odium dicebatur & ingratitudinem concepisse, (unde in ipsorum dispendium super munitione armatos ponere non expavit, amota inde scala, ne facultas esset Canonicis ascendendi) sedem apostolicam appellarunt. Sed dicti Abbates nihilominus ab incepta violentia desistentes, cùm quosdam ex ipsis non posse corrumpere pecunia sponsione, quod super his starent mandatis Episcopis.